(Liturgisch-katechetisch-komputistisch-kanonistische) Sammelhandschrift (Nachtrag: "Lorscher Beichte")
Lorsch, ca. 860-875


pa
paenitudinis pondera peccatorum pensabit. ut est illud propheticum. Non enim in
serris triturabitur gith neque rota plaustri super cymminum circuiet. sed in virga
excutietur gith et cymminum in baculo panis autem comminuetur. ut est illud. poten
tes potenter tormenta patiuntur. Unde et quidam sapiens ait. Cui plus creditur
plus ab eo exigitur. Discant igitur sacerdotes domini qui in ecclesiis praesunt. quia
pars eis data est cum his quorum delicta repropitiaverint. quid est autem repropitiare de
lictum. nisi cum adsumpseris peccatorem ad poenitentiam admonendo. hor
tando. docendo. instruendo adduxeris eum ad poenitentiam ab errore cor
rexeris a vitiis emendaveris et effeceris eum talem ut ei conversio propitius fiat
deus pro delicto repropitiare diceris. Cum ergo talis sacerdos sis et talis sit doctrina
tua et sermo tuus. pars tibi datur eorum quos correxeris. ut illorum meritum sit
tua merces et illorum salus tua gloria. FINITUS EST HIC LIBER SCRIPTUS

INCIPIT PRAEFATIO LIBELLI QUAE PAT THEODO ACOMINI
RUS DIVERSIS INTERROGANTIBUS AD REMEDIUM TEMPERA ANO
VIT POENITENTIAE

DISCIPULUS UMBRENSIUM UNIVERSIS ANGLORUM
catholicis proprie animarum medicis sanabilem in domino Iesu Christo salutem.
Primum quidem karissimi beatitudinis vestrae dilectioni unde huius form
ta satis esse dignum pandere deputavi. ne per librariorum vitia vel antiqui
tate vel neglegentiam confusa vitiose lex illa duraret. quam figuraliter
olim deus per primum ei latorem. de secundo mandavit patribus ut no
tam facerent eam filiis suis. ut cognoscat generatio altera. Scilicet
poenitentiam quam prae omnibus suae nobis initiatus instrumen
tum doctrinae dominus Iesus medicamentum male habentibus praedicavit dicens.
paenitentiam agite et reliqua. quia durae felicitatis meritum ab exitu
eius sede atque dicitur. quaecumque solveris super terram erunt soluta et in
caelis. eum dirigere dignatus est a quo hoc utilissima curatio cica
tricem temperetur. Ego enim inquid apostolus accepi a domino
et ego inquam karissimi accepi a vobis domino favente quod et tradidi vobis. horum
igitur maximam partem fertur famine veriloquo beatae memoriae

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_485/0220